

DE PRIMO PRAECEPTO.

S. 2. Devitio timori Dei contrario, nimirum Epicurea securitate, per membra duo:

1. In quibus rebus consistat, videlicet: in eo, cum homines:

2. Quare vitanda, nimirum ob pœnas, quibus obruantur securi Epicurei, iuxta Scriptura:

1. Ex instinctu Satanae, sine timore irae & iudicii diuini, in manifestis celeribus viuunt, de quo Psal. 36. Non est timor Dei ante oculos iniusti. Rom. 3. Quoniam dolose egit in conspectu eius, &c. iniquitas & dolus, noluit intelligere, ut bene agerent, &c. Mal. 3. Dicunt impij, vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodiimus praecepta eius. &c. Proverb. 14. Stulti illudunt peccatum. &c.  
 2. Verbo Dei admoniti, non resipiscunt. Esa. 12. Habes aures ad audiendum & non audiunt, quia domus exasperans est. Esa. 33. Audiunt quidem, non verò faciunt sermones Dei. Sopho. 3. Va prauaricatrix ciuitas, non audiuit vocem Domini. &c.

Testimonia, Syr. 9. Sicut hamo pisces capiuntur, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines tempore malo. &c. Jer. 5. Negauerunt Dominum & dixerunt. &c. Syr. 5. Non sis adeo securus, etiamsi ad peccata aliquandis Deus conuincat, ut porro pergas peccare. Breui enim potest eius inardescere ira. Hun.

Exempla, ut sunt:

- 1. Diluuium, Gen. 6. 7.
- 2. Conflagratio Sodoma & Gomorrha. Genes. 19.
- 3. Suffocatio Pharaonis ac totius exercitus in mari rubro. &c.
- 4. Desolatio urbis Hieros. &c.

DE VERA HUMILITATE, EIVS-  
que opposito, SUPERBIA.

Loci 2:

1. De vera humilitate, per membra:

1. Quid sit, Inducitur hoc:

2. Vide liter. T.  
2. Vide liter. W.

Specialiter, per partes, Nam humilitas:

1. Agnoscunt propriam suam infirmitatem, ac omnia soli Deo accepta referunt, ut dicitur, 1. Cor. 1: Si quis gloriatur, in Domino gloriatur. Hinc Bernh: Humilitas est virtus, qua homo verissimâ sui cognitione sibi metipso vilescit. Sic David inquit 1. Reg. 30. Tua Domine sunt omnia. &c. Item Daniel ad regem Babylonicum, Dan. 2. Petrus, Act. 3. &c.  
 2. Utuntur donis suis ad gloriam Dei et utilitatem proximi. 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accipit gratiam, etc. Sic Syrach de se ipso scribit, cap. 33. Respice, quoniam non mihi soli laboravi, sed omnibus etc.